Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



84

adunitate. Alii quidem per spm datur sermo sapientiae: alii autem
sermo scientiae secundum eumdem spm: alteri fides in eodem spm: alii
gratia sanitatum in uno spm: alii operatio uirtutum: alii prophetia: alii di
scretio spirituum: alii genera linguarum: alii interpretatio sermonum.
Hec autem omnia operatur unus atque idem spc: diuidens singulis pro
prium ut. Dixit ie. dis. s. Si diligitis Sancti Iohannis. ut mult.
me mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem: et alium
paracletum dabit uobis ut maneat uobiscum in eternum: spm ueri
tatis quem mundus non potest accipere. quia non uidet eum nec scit eum
Uos autem cognoscetis eum: quia apud uos manebit. Et in uobis erit.
Sed ieb. ill. Dixit in Fia. xiii. de an. l. apocalip. b. Iohis a.
angelus. Scribe: beati qui ad cenam nuptiarum agni uocati s. Et re
cedit in faciem meam: ut adorarem eum: et dixit mihi. Uide ne feceris:
conseruus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium iesu.
dominum adora. Secundum Iohannem.
Sillo t. Ascendit iesus ierosolimam. Est autem ierosolimis pro
batica piscina. que cognominatur hebraice bethsaida: quinque porticus
habens. In his iacebat multitudo magna languentium. cecorum. claudo
rum. aridorum. expectantium aque motum. Angelus autem dni secundum tempus
descendebat in piscinam. et mouebatur aqua: et qui prior descendisset
in piscinam. post motionem aque sanus fiebat. a quacumque detinebatur
infirmitate. Feria. v. l. i. Sapie.
Fratres. Caritas patiens est: benigna est. Caritas non emula
tur: non agit perperam: non inflatur: non est ambiciosa: non que
rit que sua sunt: non irritatur: non cogitat malum: non gaudet super
iniquitate: con gaudet autem ueritati. Omnia suffert: omnia credit:
omnia sperat: omnia sustinet. Caritas nunquam excidit.
Sillo t. Dixit ie. dis. s. Filioli: adhuc modicum uobiscum sum.
Quaeretis me: et sicut dixi iudeis quo ego uado uos non potes
tis uenire: et uobis dico modo. Mandatum nouum do uobis: ut
diligatis inuicem. sicut dilexi uos. ut et uos inuicem diligatis.